

Order of Saint Lazarus: Primary sources

Frederic II, King of Jerusalem and Sicily. Confirmation document of grant originally made by King Amauri in 1174 and Humphrey IV of Toron in 1183 made to 'Gwalter de Novo Castello, magister domus Sancti Lazari in Jerusalem et conventus ejusdem domus' dated October 1228. OSML/MA: Ms. fol.10

- Transcribed in: A. de Marsy [ed.]. Fragment d'un Cartulaire de l'Ordre de Saint-Lazare en Terre Sainte. Archives de l'Orient latin, Ernest Leroux, Paris, Vol.2, 1884, no.II, p.121-163
- Transcribed in: Charles Savona-Ventura. The Order of Saint Lazarus in the Holy Land. Grand Priory of the Maltese Islands - MHOSLI, Malta, 2011.

x.1228 Acre	Emperor Frederic II, king of Jerusalem and Sicily	Confirmation made at the request of William of Chateaufort master of the house of St. Lazarus of Jerusalem of the previous donations made King Amauri in 1174 [vide doc. 33 above] and by Humphrey IV of Toron in 1183 [vide previous document].
----------------	---	--

Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator Semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Impensis a Domino beneficiis reddemus et ei gratiam offerimus holocaustum, cum sacrosanctas ecclesias et loca Deo dicata favore nostre gratie influentes, eorum pace et quiete misericorditer providemus, et que tam a principibus quam quibuscumque aliis sunt eis pio liberalitate concessa, imperialis serenitas nostra ratiabitione confirmar. Universis igitur tam presentibus quam futuris volumus esse notum quod frater Gualter de Novo Castello, magister domus Sancti Lazari in Jerusalem et conventus ejusdem domus, devoti fideles nostri; quoddam privilegium, olim ab Amalrico rege Jerusalem O, predecessore nostro inclite recordationis, ipsi domui concessum, necnon et aliud privilegium, quod Hunfridus Hainerici juvenis filius, cum consensu et voluntate quondam Baldwini Jerusalem regis sexti, predecessoris nostri memorie recolende, domui predictae concessit, ejusdem regis et sui sigilli munimine roboratum, nostre celsitudini presentarunt, decore satis et humiliter supplicantes ut privilegia ipsa innovari et que continentur in ipsis sibi et eorum predictae domui Sancti Lazari concedere et confirmare de nostre pietatis gratia dignaremur. Quorum privilegiorum tenor talis est. Alterius vero privilegii tenor hoc est. Nos autem, magistri et conventus predictorum devotis supplicationibus benignius inclinati, attendentes quidem quod quamcumque benignitatis gratiam ad ipsos effundimus, pro suo et infirmorum usu qui in eadem morantes devote Domino famulando, ipsi regi regum omnium exhibemus, de cujus munere feliciter vivimus et regnamus,

predicta duo privilegia, sicut de verbo ad verbum superius scripta sunt, jussimus innovari et que continentur in eis supradictis magistro et conventui ac successoribus eorum et prefate domui Sancti Lazari de gratia pietatis nostre concedimus et perpetuo confirmamus. Ut autem huius modi concessio et confirmatio nostra rata semper et incondulsa permaneat, presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre magestatis impressa, jussimus communiri.

Huius autem rei testes sunt; Balianus, dominus Sidonis; Odo de Montebellardo, comestabilis; Johannes de Kibelino; Swarnerius Alemannus. et alii quamplures. Acta sunt hec anno Domini M • CC • XX • VIII, mense octobris, secunde indictionis, imperante domino nostro Frederico, Dei gratia, Romanorum invictissimo imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno Romani imperii ejus viij, regni Jerusalem tercio, regni vero Sicilie tricesimo primo, feliciter, amen. Datum apud Accon, anno, mense et indictione prescriptis.